



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloster Bernstein sechs Hufen in
Falkenberg und sieben Hufen in Koskendorf, am 27. Juni 1293.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloster Bernstein sechs Hufen in Falkenberg und sieben Hufen in Koskendorf, am 27. Juni 1293.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ne id, quod rationabiliter agitur, obliuio hominum aut fluxus temporis tollat et perimat, necesse est ut robor firmitatis et perpetuitatis scripturarum et testium ydoneorum testimoniis forciatur. Nos igitur Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, presentibus recognoscimus publice protestantes, quod damus conuentui sanctimonialium in Bernsteyn proprietatem sex manforum cum omni iure in villa Valkenberge, quos manfos Zuliz et Ludekinus, milites de Wedele, coram nobis constituti, ad honorem sancte Marie virginis et ob salutem animarum suarum predicto conuentui sanctimonialium in Bernsteyn resignauerunt et predictis dominabus contulerunt. Item recognoscimus presentibus, quod ad honorem sancte Marie virginis damus predicto conuentui sanctimonialium in Bernsteyn proprietatem septem manforum jacentium in villa Cofekkendorphe cum omni iure et pascuis et lignis et aquis, nichil nobis juris in prefatis omnibus donatis sepedictis dominabus penitus retinentes. Vt igitur nostra donatio ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, presep scriptum inde factum conferibi fecimus et sigilli nostri munimine iussimus roborari. Hujus rei etiam testes sunt Theodericus de Kötene, Henningus de Marwitz, milites, dominus Hinricus prior in Struzberghe, Rudolfus de Liuendale, Henricus de Sydow et Albertus de Dewitz milites et plures alij fidedigni. Actum et Datum Brunneke, anno domini M. CC. LXXXIII. V. Kalendas Julii.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

XIII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloster Bernstein das Dorf Sydow, am 30. August 1295.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Albertus, Dei gratia Brandenburgensis marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est hominum memoria et obliuioni dedita, necesse est, ut ea, que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore et obliuioni tradantur et fiant irrita et annihilata, voce, testium et litterarum testimonio perbennentur. Nos autem hoc attendentes et illud malum negligencie seu obliuionis omnino precauere volentes, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod dominabus siue sanctimonialibus in claustro Berendsten, Deo ibidem seruientibus, ob Dei remunerationem, qui nullum bonum irremuneratum dimittit, et in anime nostre remedium singulare, villam Sydowe et proprietatem ipsius ville cum omni iure, cum omnibus iudiciis, summis et infimis, cum omnibus attinentiis seu pertinentibus ad eandem, cum omnibus agris cultis et incultis, cum pratis et pascuis, cum omnibus lignis et siluis, cum omnibus stagnis, riuis et riuis, cum omnibus molendinis constructis et construendis, simpliciter cum omni utilitate, quam sibi infra metas huc usque habitas poterunt ordinare, ob omni exactione seu preca-